



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CXIX. Herzog Otto von Braunschweig entscheidet, daß Günßel von Bartensleben in den Dörfern Schernekow und Ballerstedt, welche dem Domstifte zugehörig, kein Recht habe, am 29. Apr. 1336.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

rum eundem ad nos jure proprietatis pertinentem, in manu nostra liberum et solutum, tractatu super hoc inter nos inito et prehabito, ipsum dimidium chorum in quadam curia ville Buchholt ut premititur situm, cum omni jure et proprietate, sociis in camera nostre ecclesie, in memoriam predicti domini Johannis et sue anime salutem, tradidimus et in hiis scriptis tradimus, annis singulis inter eos qui in ipsius anniversario vigiliis et missis interfuerint, distribuendum et temporibus perpetuis libere possidendum, Decernentes pretactum dimidium chorum ad eosdem socios in camera jugiter pertinere, ut domini Johannis sepedicti memoria per ipsos studiosius et diligentius habeatur. Ut igitur hec ordinatio etc. Actum et datum Stendal, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Tricesimo quinto, feria sexta ante dominicam, qua cantatur Letare Jherusalem, in Capitulo nostro generali.

CXIX. Herzog Otto von Braunschweig entscheidet, daß Günzel von Bartensleben in den Dörfern Schernekow und Ballerstede, welche dem Domstifte zugehörig, kein Recht habe, am 29. Apr. 1336.

Nos dei gracia Otto, dux Brunswicensis, Recognoscimus publice in hiis scriptis, Quod Bona, que domini Canonici Ecclesie Stendalensis in villa Scernekov et Ballerstede habent, Guntzellino de Bertensleve per nos non sunt collata nec inphedata, Eo quod dicti domini Canonici huiusmodi Bona in eisdem villis omni libertate ac proprietate possident, videlicet etiam cum decima minuta atque serviciis curruum super litteris eorum seu privilegiis plenarie sumus informati ipsosque in iure eorum ac libertate dictorum Bonorum etiamque aliorum suorum Bonorum, prout in privilegiis eorum continentur, Contra prenominatum Guntzellinum de Bertensleve confeneri volumus fideliter ac tueri, contra quosunque etiam privilegiorum suorum ac iurium violatores. Specialiterque fatemur, Guntzellinum sepedictum nichil iuris habere in Bonis dominorum Canoniorum supradictis, prout lucidius in eorum privilegiis est expressum. In premissorum evidens testimonium presentes sigillo nostro fecimus communiri. Datum Tangermundis, Anno domini M^o CCC^o. XXX sexto, feria secunda proxima post dominicam, qua Cantatur Cantate domino.

CXX. Herzog Otto von Braunschweig schenkt dem St. Nicolaisifte in Stendal einen Hof im Dorfe Woldenrode, damit aus den Einkünften desselben die Kirche feierlich erleuchtet werden kann am Jahrestage der Herzogin Agnes, am 9. Nov. 1336.

Nos dei gracia Otto dux Brunswicensis, — honorabilibus viris dominis canonicis in Stendal et Ecclesie eorundem In villa woldenrode curiam cuiusdam nunc dicti wacker cum duobus mansis, Reditibus, Censu, Precaria, seruitio, exactione, cum omni Jure et suis attinentiis, quibuscunque etiam nominibus seneantur, dedimus et presentibus libere donamus, ad luminaria in anniversario Inclite domine Agnetis ducisse in Brunswich, pie Recordacionis, quondam nostre domine conthoralis, facienda, nec non omnium aliorum principum, prout in aliis eorum privilegiis lucidius continentur, Nichil nobis in eadem curia, Jure et suis attinentiis, ut premititur, Reseruantes. Ut huiusmodi donacio firma permaneat presens scriptum munimine nostri sigilli fecimus communiri, presentibus honorabilibus viris Alberto de Luderitze milite, Conrado de Buch, Hinrico de Clodene ac frederico Volc-